

Genesis

53

Item post illa verba. Proferens panez z vinum. immediate subdit p qua cā. b Erat.n. sacerdos dei altissimi .Et quo ptz q cā p qua ptulit panē z vinum fuit ad offerēdū sacrificiū: qđ ptinet ad sacerdotis officiū. p refectōe.n. bellatoz magis ptinet ad dominē laicū. pferre victualia cū ad sacerdotē: z ido alij aliter puertētes exponūt dicentes q melchisedech ptulit panē z vinū: p sacrificio offerēdo nō p ipm: q2 pm istos sacerdos nō erat sed p ipsum Abrāā qui tāq̄ sacerdos legitur pluries constructisse altare: z sacrificiū deo obtulisse: vt habet infra. xxij. ca. z ido illud qđ sequit:

proferens panem z vinum: erat enim sacerdos dei altissimi: benedixit ei: z ait. Benedictus abrāā deo excelso q creauit celum z terrā: z benedictus deus excelsus: q̄ protegēte: hostes i manib9 tuis sunt. Et dedit ei decias ex omnibus. Dixit aūt rex sodomoz ad abrāam. Da mihi animas: cetera tolle tibi

Erat.n. sacerdos dei altissimi. nō referē ad ipm Melchisedech: sed ad ipm abrāā. z sic illud qđ sequit. Et dedit ei decimas ex omnibus. s. melchisedech dedit decimas de omnibus ipi abrae tanq̄ sacerdoti: sed falsitas hui9 expositōis apparet p hoc: q melchisedech benedixit ipi abrae dicens. benedictus abrāā deo excelso cē. Benedicere aūt ad sacerdotē ptinet. q2 qđ minus est sine contradictōe a maiori benedicit. vt dicit ad Hebre. vij. ca. Itez q melchisedech daret decimas de omnibus repozatis ipi abrae ptz falsum p ſram sequentē: q2 abraam iurauit q de omnibus illis nō accepet a filo subtegminis vsq̄ ad corrigiā calige. i. nullaz rem quantūcunq̄ minimā accipet. z ido vera expositio est ista. q melchisedech erat Sem primogenitus fili9 Noe qui adhuc viuebat: quod patet si cōputent anni eius supza positi. immo vixit post vltra nationitatē Jacob z Esau: vt probat infra. xxix. ca. Sed cōtra hoc arguitur. q2 ad hebre. vij. ca. dr ō melchisedech. Sine patre: sine matre: sine genealogia: neq̄ initiū dierū: neq̄ finē vite habens: qđ non pot dici de ipo sem: ergo non est idem hō. Sed ad hoc respondet a doctoribus nris q hoc dicit aplūs non q melchisedech nō habuerit patrem z matrē cē. sed quia scriptura non facit mentoz de patre eius cē. sed adhuc videtur argumentū remanere: q2 scriptura facit mentiōem de patre sem: z nō fre eius: z genealogia: z de principio vite eius z fine. Dicendū q vez ē: sed hoc non ē sub noie melchisedech: sz solum sub nomine sem: z sic intelligit aplūs z doctores sancti: q sub noie Melchisedech nō fit mentio in scriptura de patre z matre eius. nec determinat etiā de genealogia. nec de pncipio z fine vite sue. b Erat.n. sacerdos dei altissimi. q2 pater erat dim illoz q remanserant in cultu dei: z quia erat primogenitus rōne nativitatis: vt dicunt aliqui: vel saltem ex ordinatōne patris: si non fuit primo natus: vt dicunt alij. Jus.n. primogenture bene transferebatur ad filiū post natū ex ordinatione patris: maxime de voluntate dei: sicut Jacob ius primogenture transtulit a Ruben primonato ad Joseph cūtum ad duplicem portiōem hereditat accipiendam. z ad Judam cūtum ad dignitatē regiā: vt habetur infra. xlviij. ca. z. xlix. Sacerdotium autez fuit annexum primogenture vsq̄ ad legem datam p moysen. z ideo audita victoria abrae divina virtute facta: ptulit panem z vinū. i. sacrificium. reddendo gratias deo: z ideo benedicēdo abrāam dixit. Benedict9 abraam deo excelso cē. c Et dedit ei decimas. salz abraam ipi melchisedech: cui debebantur tanq̄ sacerdoti. Et sic exponit aplūs ad Hebre. vij. ondens q leui

fuit decimatus in abraam. d Dixit aūt rex sodomoz Hic describitur literalitas abrae: q2 cūis totam predaz posset retinere: noluit tñ aliquid recipere. e Da mihi animas. i. viros: mulieres: z paruulos. f Leuo manuz meam. modus ē iurādi. g Ne dicas: ego ditaui abraam. Hoc dixit non ad iactantiā sed ad dei gliam. qui ei pmiserat: multiplicatōem bonoz tēporaliuz: vt supza dictū est. z ō nolebat q eius ditatio aliquo modo alij attribueretur. b Exceptis bis que comederūt iuuenes. i. bellatores qui fuerunt mecū in plio. i Et ptibus viroz rū qui venerūt mecum. isti. n. nō erāt de familia abrae: et ideo non erat sunz dare ptes ipozum

Qui rndit ei. f Leuo manū meā ad dñm deuz excelsum possessorē celi z terre: Si a filo subtegminis vsq̄ ad corrigiā caligenō accipiā ex oībus q̄ tua sūt: g ne dicas ego ditaui abrāā: b exceptis his q̄ comederūt iuuenes: i ptibus viroz q̄ venerunt mecum aner: eschol z mambre Isti accipient partes suas:

de preda illa. Qz aūt dicatur hic de ipsis. Qui venerūt mecum. vno modo exponitur. q cum ipo intrauerunt bellū vt pdictum ē. Et fm hoc certum ē: q babuerunt ius. q ptem prede. Allio modo q non intrauerunt bellū sed remanserunt ad custodiendū sarcinas. z fm hoc etiā declarauit abraam q haberent ius in pte prede. Ex isto loco accepit Dauid illud qđ determinauit. j. Reg. xxx. ca. d. Equa pars erit descendentis in plium: z remanentis ad sarcinas. vñ qđ ibidem sequitur. Et factū est hoc ex die illa z deinceps constitutū z. q. ler in israel. In hebreo habet. Et factuz ē hoc ex die illa: z de sup vel deante: q2 observatū fuerat tēpe abraam: vt patet ex dictis. verūtamē q abrāā hoc seruandum decreuerit. Dauid postea magis declaravit. z firmi9 statuit tanq̄ ex regia ptate cē.

In capitu. xiiij. vbi dicitur in postil. Qz factuz est istud ꝓpter Abraam.

Additio prima.

Ec expositio hebreoz ē friuola. q2 ex B q̄ rex sodomorum miraculose eriuisset de puteo. nō attribuerunt gentes exitum abrae de incendio chaldeoz testimonio veritatis divine fidei. in detestatōez ydolatrie pro qua abraam exposuit se periculo incendij: cuz etiam rex sodomoz. q̄ pessimus z ydolatra erat: sic eriuerat armatus de puteo z illesus. sed potius ista attribuebāt magicis artibus vel huiusmodi. Et sic istud miraculū factū regi sodomorum non redundaret in gloriam dei. qđ erat valde inconueniens cē.

In eodem. xiiij. ca. vbi dicitur in postilla. Ex hoc patet q hebrei non sunt dicti ab abraam.

Additio ij.

Unde dicat abrāā hebreus plenius habetur in additione sup Math. xxj. ca. Vide ibi.

Co: rectorium corruptoz his additōnibus non respondet. qm dicit illas nō ee dignas ptractōne. cum sint nullius vtilitatis: sicut patet supza rndendo additionibus tercij decimi capituli.

In eodem ca. xiiij. vbi dicitur in postilla. Numerauit expeditos vernaculos.

Additio iij.

In hoc loco vbi litera nostra dicit. Et numerauit expeditos. litera hebraica habet. Munivit expertos. et est sensus q munivit suos armis bellicis. scilicet illos seruos qui erant experti. et quo pater pudētia abrae in remilitari: quia non inermes accepit q̄ ad fugā sunt proni: vt dicit Vegetius: sed munitos seu armatos. Silr nō accepit tyrones: sed ptos. Nōt ē q̄ ex vicio scriptoz hec varietas ptigat: sic q vbi dr. Munivit. ponit Numerauit. z vbi dr ptos: ponit expeditos

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-254/0103
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG